Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancta Pelagia

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

ruptis quoque vinculis domum incolumis re-
diit ad propria. Quidam miles sancti Fran-
cisci operibus et miraculis detraheret, cum
quadam vice luderet ad taxillos, vesania
et incredulitate plenus circumstantibus ait:
Si Franciscus est sanctus, xviii veniant
in taxillis. Mox ex tribus taxillis triplica-
tus apparuit et usque ad ix vices quoli-
bet suo iactu xviii punctos accepit. Sed
insaniam addens insaniae ait: Si verum est quod
Franciscus iste sit sanctus, cadat hodie
gladio corpus meum; si vero sanctus non est, quidam in-
columis evadam. Ludo finito ut ei oratio fieret
in peccatum, nepoti suo inferret iniuriam,
ille gladium accipiens in viscera patrui sui
fixit et protinus interfecit. Vir quidam
tibia sic perdito ut nullatenus se mo-
vere posset, sanctum Franciscum talibus vocibus
reclamat: Adiuva me sancte Francisce,
memor devotionis et servitii quod tibi
impendi. Nam in asino meo te portavi,
sanctos pedes tuos et manus oscu-
latus fui, et ecce morior doloris huius
durissimo cruciatu. Mox ille sibi ap-
parens cum parvulo baculo quod thau fi-
guram in se habebat, locum doloris tetigit
et fracto apostemate sanitatem re-
cepit pristinam. Sed et thau signum in
loco remansit. Hoc signo sanctus Fran-
ciscus litteras consueverat consignare.
Cum in castro Pomereto in montanis A-
puliae puella patri et matri unica fi-
lia defuncta, et mater sancto Francisco
devota tam nimis tristitia fuisset ab-
sorpta, apparuit ei sanctus dicens: Noli fle-
re, quia lucernae tuae lumen quod deploras exstinc-
tum mea est tibi intercessione reddendum.
Mater igitur super fiducia concepta exstinctum non
permisit efferri, sed sancti Francisci nomen
invocans et mortuam filiam apprehendens

eam incolumem allevavit. In urbe Ro-
ma cum puer parvulus de fenestra palatii
cecidisset et penitus exspirasset, beatus Fran-
ciscus invocatus vitae protinus restituit.
In civitate Suessa cum quandam domum cor-
ruens quemdam iuvenem exstinxisset et cada-
ver iam in lecto ad sepeliendum posuis-
sent, mater beatum Franciscum tota devotione
qua poterat invocabat, et ecce circa mediam
noctem puer oscitavit et sanus surrexit
et in laudis verba prorupit. Frater Iaco-
bus cum in navicula per flumen quoddam pro-
transisset et sociis iam in terra positis pri-
me se aliquis ad exitum praepararet, vo-
luntaria autem ipse in profundum flumi-
nis est demersus; fratribus quoque pro liberatione
beati Francisci invocantibus, ipso etiam inde
ut poterat sibi Francisci auxilium implo-
rante, ecce praedictus frater per profundum sicut
per aridam ambulabat et demersam na-
viculam capiens cum ea pervenit ad li-
tus. Vestimenta autem eius madida non fuere, nec
aqua gutta proximavit ad tunicam.

De sancta Pelagia

Pelagia prima feminarum
in Antiochia civitatis urbis
et divitiis plena, corpore pulcherrima,
habitu ambitiosa et vana, animo et cor-
pore impudica. Quadam vice per civitatem
cum ambitu maxima transibat,
ita ut nihil super eam nisi aurum et argentum
et preciosi lapides viderentur, ita ut quo-
cumque iret aerem diversorum aromatum o-
dore repleret. Quam praecedebat et sequebatur
multitudo maxima puellarum et puerorum
qui et ipsi preciosis erant vestimentis indu-
ti. Quam quidam sanctus pater nomine Nonnus
episcopus Heliopoleos, quae nunc Damiata
vocatur, videns amarissime flere coepit,
eo quod ipsa maiorem curam haberet placere
mundo, quam ipse haberet placere deo; pa-

que se per tantum faciem suam cum tanta pro-
curabat et ipsam tam lasciuis uigiliis
dicebat. Clementissime deus ignosce mihi quia u-
nius diei meretricis ornatus excessit uite
mee industriam. Superauit femine diue con-
fundunt unius meretricis. Ornatus autem sponso
tuo recipiende maiestati cure illa pre-
uenit summo se studio decorauit. Ego
tibi immortali domino placere proposui et pro
mea negligentia non impleui. Dixit
que huius quod sacri enim luminate dico uobis.
quia deus hanc contra nos in iudicio producturus
est. Quoniam hec cum sollicite se depingit ut
terrenis amatoribus placeat et nos ce-
lesti sponso placere negligimus. Dum
hec et similia diceret subito obdormiuit
uisumque est ei quod quedam columba nigra fe-
tida nimis circa eum celebrantem uola-
ret. Quam dum cathecuminos abscedere
precepisset columba disparuit et post mis-
sam rediens et ab ipso episcopo in uase quodam
aque immersa munda et candida exi-
ens tam alte uolauit quod uideri non potuit.
Euigilans igitur dum quadam uice ad ecclesiam pro-
cessisset predicaret et pelagia presens esset
adeo compuncta est quod ei litteras per nuncium
misit dicens. Sancto episcopo discipulo christi pela-
gia discipula dyaboli. Si uere christi discipulus a-
probaris quem audiui pro peccatoribus
de celo descendisse me peccatricem sed pe-
nitentem suscipere digneris. Cui ille
rescripsit. Rogo ut humilitatem meam
non temptes quia homo peccator sum. Sed si uere
saluari desideras solum me uidere non
poteris sed inter alios me uidebis.
Cumque ad eum coram pluribus aduenis-
set pedes eius apprehendit et amarissime
flens dicere cepit. Ego sum pelagia
pelagus iniquitatis exundans flucti-
bus peccatorum. Ego sum perditionis aby-

ssus. Ego uorago et laqueus animarum. Mul-
tos deceptos decepi. Que nunc cuncta perhor-
reo. Tunc episcopus eam interrogauit dicens. Quod est
nomen tuum. Illa ait. A natiuitate pelagia
uocor sed propter uestium pompam me
margaritam appellant. Tunc episcopus eam
clementer suscipiens penitentiam ei salu-
tarem iniunxit et in dei timore diligenter
instruxit et sacro baptismate regene-
rauit. Dyabolus autem ibidem clamabat di-
cens. O uiolentia quam patior ab hoc se-
ne decrepito. O uiolentia o seuitas
mala. Maledictus dies in quo natus
es in quo spem meam maximam abstulisti.
¶ Quadam ille nocte cum pelagia dor-
miret dyabolus ad eam uenit et eam
excitans sic dixit. Domina mea margarita
quid unquam tibi mali feci numquid non omnibus diui-
tiis et gloria te ornaui. Queso dic in
quo te contristaui et tibi protinus satisfaci-
am. Obsecro ne me deseras ne opprobrium
christianis efficiar. Ipsa autem se signa-
uit et dyabolum insufflauit et statim
euanuit. Die tertia omnia que habebat congre-
gauit et pauperibus tribuit. Post aliquot
autem dies cunctis ignorantibus pelagia in
noctu aufugit et in montem oliueti de-
uenit ubi habitum heremite accipiens in
parua cella ibidem se collocauit
et deo in multa abstinentia seruiuit.
Maxime autem fame ab omnibus habebatur
et frater pelagius dicebatur. Post hec quidam
dyaconus supradicti episcopi ierosolimam causa
uisitandi loca sancta aduenit. Cui
dixit episcopus ut post sanctorum locorum uisita-
tionem quendam monachum nomine pelagi-
um quereret et ipsum uisitaret quia uerus
dei seruus esset. Quod cum ille fecisset nequaquam
ab illa cognitus nequaquam ipsam propter
faciem cognouit. Cui dixit pelagia

hes episcopum. Et ille summo diluculo. Et ille: Orat pro me ad dominum quia vere apostolus Christi est. Recedens autem in die tercia ad eius cellam rediit. Sed cum ad hostium pulsasset et nullus sibi aperuisset, fenestram aperuit et mortuum eum vidit. Currensque cum hoc episcopo nunciasset, episcopus et clerus omnesque monachi convenerunt, ut tam sancto viro exequias celebraret. Cumque de cella corpus extraxissent, reppererunt quod mulier erat. Et quod prius ad murmur ... deo gratias reddiderunt et sanctorum corpus honorifice sepelierunt. Obiit autem viii die intrante octobre circa annos domini cc xx.

De sancta Margarita

Margarita dicta pelagia virgo pulcherrima dives et nobilis tanta fuit parentum sollicitudine custodita et optimis moribus instructa. Tantaque pudicicie honestate vigebat quod ab hominibus videri omnibus modis renuebat. Petitur aliquando adolescente nobili in coniugium, quem ... et utrisque parentum assensu cuncta nupciis necessaria cum immensa divitiarum et deliciarum gloria preparantur. Cum ergo nupciarum dies advenisset et iuvenes et puelle et cuncta simul nobilitas cum thalamum iam parant, nupciarum festa cum gaudio celebrarent. Virgo deo inspirante considerans dampnum virginitatis iam dampnosis plausibus comparari, prostrata in terra cum lacrimis gloriam virginitatis et nupciarum molestias tanta in corde suo comparatione volvit, quod omnia huius vite gaudia quasi stercora respuebat. Unde nocte illa aurum consortio abstinens, media nocte deo se recommendans, tonsis crinibus in virili habitu clam aufugit. Longe autem ad quoddam monasterium veniens et fratrem pelagium se appellans ab abbate receptus est et diligenter instructus. Qui tam sancte ac religiose se habuit, quod defuncto sanctimonialium prelato, de seniorum consilio et abbatis imperio licet invitus monasterio virginum est prelatus. Unde ergo non solum corporis necessaria sed et animarum pabula continue et incessabiliter ministraret, dyabolus ei invidens studuit qualiter per profectum cursum obiectu criminis impediret. Filiam unam virginum que pro foribus erat in adulterium est prolapsa et tumescente utero cum iam celari non posset, tantus pudor et dolor omnes virgines et monachos utriusque monasterii consternavit, quod solus pelagius ut potestatis familiaris atque prepositus sine iudicio et examine ab omnibus condempnatur. Qui foris ab omnibus cum ignominia pellitur ac in quodam rupis specu veluti est sibique monachorum severissimus deputatur qui sibi panem ordeaceum et aquam tenuissime ministraret. Quibus gestis monachi recesserunt et solum ibi pelagium reliquerunt. At ille omnia paciencia sustinens in nullo turbatus fuit, sed gracias semper deo referens per sanctorum exempla se confortabat. Tandem cum finem suum adesse cognovisset, abbati et monachis per litteras sic mandavit: Nobili orta genere, Margarita in seculo dicta fui, que ut pelagus temptationum transirem, pelagius in nomine imposui. Virum non pro deceptione mentita, quod feci ostendi. ... tamen virtute ob crimen penitentiam innocens egi. Iam quam solo ut ... viri feminam ... sorores sepeliant, et sit expiatio viventis ostensio morientis ut femine virginem